BIBLIOTHECAE AMBROSIANÆ ENCOMIVM.

Illuſtriſsimo ac Reuerendiſsimo D. D.
FREDERICO Cardinali
BORROMÆIO

Eiuſdem Bibliotheca Inſtitutori
dicatum.

65

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872



690
5

MEDIOLANI,

Apud Iacobum Cumum Bibliopolam.
Anno . cIↄ. Iↄc.x

Digitized by Google

Viſa fide adm. R. D. Præpoſiti Sanctæ Mariæ Secretæ, quod nil in his compoſitionibus contineatur repugnans Indici Rom. nec contra fidem.

Imprimatur.

Fr. Camillus Oleuanus Ord. Prædicatorum Sac. Collegij Ticin. Magiſter, ac Comiſſarius Sancti Offitij Mediol. pro Reuerendiſs. Inquiſitore.

Al. Boſſius Canonicus Ordinarius Theologus, pro Illuſtriſs. Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Saccus, pro Excellentiſs. Senatu.

Digitized by Google

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. D.

FREDERICO
BORROMAEIO,
Comiti, &c.

S. R. E. CARDINALI
ampliſſimo.

MEDIOLAN. ARCHIEPISCOPO
vigilantiſſimo.

Atq; Ambrosianae Bibliothecae *Auctori praeſtantiſsimo.*

DERELICTA, & à dominis ſuis neglecta in rem propriam verti ab ijs in quorum manus peruenere, iura non prohibent. Hinc vſucapiones inuentæ, ne rerum

Digitized by Google

dominia in incerto verſentur. Nec minus laudandus videtur is, qui optimas res ſeruat, nec intercidere ſinit, ſiue ad propriam, ſiue ad communem vtilitatem (cui nos rerum omnium Natura parens ſtudere docet) quàm is, qui illarum auctor, & inuentor fuit. Simile quiddam mihi in doctiſſimi viri Muſæo verſanti, omnemque librorum copiam & ſcrinia veteribus & recentibus ſcriptis refertiſſima perluſtranti nuperrimè contigit; qui ENCOMIVM hoc ab Auctore non ſatis probatum deliteſcere diutius non ſum paſſus. Cùm enim illud non pauci lectitaſſent, &

miris

miris laudibus commendaſſent, ferre non potui, quin quacumque ratione id ſubriperem, & tuo nomini, quod ad vltimos terrarum fines peruaſit omninò conſecrarem. Ac ſanè certa me ſpes adduxit fore, vt hac tua, qua proximè ad diuinitatem accedis dignitate, hac tuæ doctrinæ fama, qua omni mortalitate longè maior haberis, non indignum videretur. Sed potiſſimùm tuæ erga me memoria beneficentiæ; tua in me non vulgaria promerita perpulerunt, vt gratum ſaltem animum aliquo teſtimonio, & quo poſſem muneris genere declararem. Quod ſi in ſinum iſtum om-

67

Digitized by Google

ni ſapientia plenum venire patieris, & conſpectum tuum mortali ſpecie maiorem ſubire non prohibebis, Auctor & ego noſtram in te ſingularem obſeruantiam frequentioribus, & locupletioribus monumentis teſtatam relinquemus. Vale flos Purpuratorum. Mediolani nono Kalen. Maij M:DCX.

Amplitudinis tuæ Ill.^{mæ} & R.^{mæ}

Cliens addictiſſimus
Raphaël Montorphanus.

Digitized by Google

AD CELEBERRIMVM

Iureconſultum

FRANCISCVM BERNARDINVM

PORRVM

Encomij auctorem

CÆSARIS SOSSAGI

Ode.

PORRVM in reductis vallibus aonas
Inter ſorores obſtupui ſacros
Muros athenæi canentem,
Quos poſuit FEDERICVS heros.
Creuere muri laudibus inclitis,
Creuitque moles eloquio tuo:
Præcone te tantum ſuperbit,
Quantum opibus veterum ſuperbis.

Quod ſi beatis ſedibus additos
Spectes honores, tectaque Apollinis
Faſtoſa laudatore tanto;
Muſæ deſpiciant togatos.

Deuota muſis viuida pectora,
Aurumque collo nobile nobili,
Inſigne dependens adæquas
Sceptriferis etiam tyrannis.

PORRE ô *fugacis iuſtitiæ tenax,*
Et deſtitutis præſidium reis
Tu Principem æternas, & vna
Principis egregios alumnos.

Hos nulla cartis eximet è tuis
Ventura lapſu præcipiti dies:
Per cuncta terrarum volabit
Fama loquax veniens in æuum.

Digitized by Google

ENCOMIVM
BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ
Ab Illuſtriſs. Cardinali
FREDERICO BORROMÆIO
inſtitutæ.

INTER ea, quæ ad honorem & decus huius Vrbis pertinent, quibus in dies acceſſio fit, quæque modò cernimus eſſe viribus ſuis aucta, ea omnium conſenſu probantur, per quæ Religionis candor iam ab interitu vindicatur, nec permiſſum quòd ab aliquo labefactetur, non ſolùm vetera pia inſtituta citra offendiculum retinendo, ſed etiam noua meliora formando: Squallebant, & languebant publica Xenodochia, ſenſimque ad ruinam prolabebantur, refrigeſcente in dies hominum pietate, quòd eorum cura negligeretur. Ecce Principum præſertim Eccleſiaſticorum liberalitate ex eorum opulentis hæreditatibus repentè tamquam celitus miſſis, priſtinæ amplitudini ſunt reddita. His qui in ſtudijs vitam agere optabant, & in litterarum otio

conſeneſcere, paupertas aditum intercludebat, & ob eam iubebantur quid vis facere & pati virtutiſque viam deſerere, cùm nulli apparerent Cleantes, qui nocte operas locarent ad hauriendas aquas, vt in diei tempore præceptoribus mercedem ſoluerent. En veluti Sydus aureum affulſit. Angelicis ille cætibus inſertus nouus Vrbis patronus, qui ſeminaria inſtitueret, eiſq; homines præficeret vitæ ſanctitate, & doctrina memorabiles, per quos tamquam remiges alij ad rectam viuendi rationem ducerentur. His firmata Religio anchoris, Diuinos nunc non humanos afflat honores, ſeque contra quaſcumq; hæreſes erigit, & inuictam præſtat, & in extremas vſq; oras vim ſuam diffundit. Labenti Iuriſconſultorum Collegio quis manum attulit? PIVS IIII. Pontifex Maximus inter eoſdem Patres anteà cooptatus, Equeſtres dignitates, torquem auream concedens, ita vt qui locus olim patebat publicis negociationibus, nunc virorum ſcientijs illuſtrium ſit deambulatio. Nunc illius veneranda Maiëſtas ad regiam ſedem proxima ſuſpicitur. Ædes Archiepiſcopales inſeruiebant prophanis vſibus: In eis exercebant ſe, & ludicram artem agebant Comædi, Digladiatores, & vt poeticè loquar Ambubaiarum collegia. Pharmacopolæ Mendici, Mimi, Balatrones, Id genus omne; quodq; grauius ferendum erat, Principes in

his

his equilia delegerant, imò equorum greges retinebant; Modo ſuo decore omnia conſtant. A vulſa omnia, & Sacerdotum habitationi incorporata, veluti per applumbationem, & ferruminationem, ita vt totius illius fœditatis memoria ſit abolita, & ad ſuum priorem Dominum reuerſa, per quem illa ad diuinum vſum ſeruantur: Quam mutationem, quis non incredibili gaudio excepit? Conſultò prætereo hæreſes, quas eiuſmodi Diuinarum rerum irreuerentia alebat, & fouebat, & quantum fidelium obtutus ex loci aſpectu turbaretur, dum in eum oculos defigerent.

Cùm igitur hæc ſingula longo poſtliminio ad priſtinam Maieſtatem redierint: deëſſe adhuc videbatur his, qui in via ſunt ad virtutes capeſſendas oportunus librorum apparatus, & cumulus, ex qua meſſe vnuſquiſq; colligere poſſet quantum ingenio ſuo expediret. Hæc enim eſt quædam inexplebilis ſitis addiſcendi; Nam ſicuti Natura ſemper nouas deproperat adinuenire formas: ita ſtudiorum cupiditas frenum non habet, ſemper ad excellentiora feſtinat, donec metam aliquam inueniat, in qua diſcentis cupiditas conquieſcat, aut donec ex longo itinere fatigato viatori diuerſorium in quo caput reclinet ſe ſe offerat. His nouus Moëcenas, de quo verè dici poteſt: Et ſpes & ratio ſtudiorum in Cæ-

ſare tantùm, non eſt paſſus in hac vrbe (quæ florentiſſima eſt) deſiderari ea quæ in multis ciuitatibus conſpiciuntur, Amplam ſcilicet BIBLIOTHECAM inſtar alterius Vaticanæ, quæſitis ex remotis, etiam regionibus libris, qui iam perierant. Nec in hanc rem ſumptibus pepercit, cùm intelligeret agi de theſauro ineſtimabili, non caduco, quem tempus rerum edax abolere nequeat. Hoc eſt monumentum ære perennius: Hæ pyramides, obeliſci Mauſolea in æternitates perpetuas permanſura, quæ nulla ærugo corrodat. Hi vnicuiq; petenti legendi proferentur, præfectis ad tantum opus optimis profeſſoribus, qui magna ex parte laborem noſtrum leuabunt, loca digito monſtrabunt, cuiuſuis generis idiomata linguarum preſtò erunt, nec doceri ab his verecundia erit, quos indefeſſa exercitatio ad hunc gradum euexit, vt digni haberentur, quibus hæc cura demandaretur, & committeretur, & numiſmate aureo in præeminentiæ ſignum inſtar veterum annulorum, inſignirentur; ac donarentur; & hoc in loco ad id erecto omnes concluderentur.

Ad hunc numeroſum librorum nidum, qui cantabitur orbe notus toto tamquam pignus ſacri noſtri Præſulis, quiq; ſub nomine AMBROSIANAE Academiæ fundatus eſt, Delecti ſunt primi litterarum flores iuuenes lectiſſimi ex vniuerſo bonarum diſcipl-

plina-

Digitized by Google

plinarum cætu diligentiſſima conquiſitione coacti, & in hanc Vrbem honorificis ſtipendijs aucti, varijs eruditi & imbuti ſcientijs, qui ſinguli ſingulas profiteantur ſacræ Theologiæ, antiquarum rerum lectiones, quæ paulatim in deſuetudinem abierant. Hiſtoriæ Poëſeos prout vnusquiſque in ſua arte excellit, & quantum quis in ſuo puluere currit, qui in ijs ædibus ad hoc paratis, & extructis recitant ex ſcripto. feria tertia hora circiter XXI. elucubrationes tam diurnas, quàm nocturnas, Inter quos non mediocriter lætatus ſum cenſeri R. D. Benedictum Soſſagum Theologum, Philoſophum, atque Poëtam, quem ſemper à teneris vſq; dilexi, quippè qui cernebam animo qualis futurus foret eius in ſtudijs progreſſus, nec degenerauit ab Auo paterno Iulio illius temporis inter doctos primario, ac à Reuerendo Primo Comite Congregationis Somaſchæ olim Sacerdote auunculo magno, ob eius virtutes à Reuerendiſs. Nicolao Ormaneto Vicario generali Beatiſs. CAROLI & Præſulibus alijs quàmplurimis, Cardinalibus Morono, Alciato, & Sirleto doctiſſimis viris accepto, cuius ingenij fçtus ex ijs, quę propediem typis dabuntur pręter multa alia illius monumenta magis eluceſcent: Quæris quæ merces his ſit propoſita? Ducenti nummi aurei, aut totidem certè Philippei in annos ſingulos præter domum

omni

omni ſuppellectile inſtructam : Habebunt etiam hi maiora ſtipendia quantum vniuscuiuſq; enituerit induſtria. Habent Antiſtitem propè diuinum animo maiora præmia molientem, & parantem, ſi per vitam, quam ei optamus liceat. Cohoneſtatus eſt locus ampliſſimis Maximi Pontificis priuilegijs, ſiue Diplomatibus, Quicumq; enim in illũ ordinẽ cooptantur Comites Palatini, & Equites Lateraueneſes, ſiue aureati aureo numiſmate inſigniuntur ; Nec ijs legibus aſtringuntur, quibus ceteri Sacerdotes Mediolani morantes ; Nam proceſſiones conſuetas, & parum ſolemnes non obibunt, ne à ſtudijs auocentur, & ſi contingat eos conuentibus ſacris aliquando adeſſe, honeſtiore loco ſedebunt, cùm dignitatum ordinem ſeruari tam ſacræ, quàm humanæ leges mandent, & eos, qui magis virtute præſtant alios antecedere phas eſt. Leges autem à ſacro Præſule formatæ, & firmatæ propediem diuulgabuntur. Cùm enim hoc opus à Deo ſit, illius quoq; leges credibile eſt in multa tempora permanſuras, & cùm quæ cito, nec præcedente maturitate conſilij geruntur, cito occidant, ita & dificilius aucta, dificilius ſeneſcunt, cùm hæc moles operoſa iampridem altas egerit radices, & ita ſolo defixas vt non facilè euellî poſſit, nulla die, aut vetuſtate abolebitur (Expedit enim adultam alere virtutem) vt verbis

bis vtar eiuſdem Illuſtriſsimi Præſulis. Dum ſtabit hæc ciuitas florentiſſima, Dumq; terrarum Pater imperium romanus habebit.

Conſtant omnia in hoc diuino domicilio litterarum ſuis numeris abſoluta, vt nullibi feliciùs: BIBLIOTHECARIO, cuius fidem & probitatem iampridem Illuſtriſs. Cardinalis perſpectam habet, & qui cupidos librorum legendorum tanta cùm animi alacritate admittit vt neminem patiatur à ſe diſcedere, quin ſe ei multum debere fateatur, cùm nullum recuſet aut laborem, aut officium erga petentes libros exhiberi, etiam ſtatutus eſt redditus non mediocris, cùm eius labor ſit non leuis. Is nunc eſt R. D. Io. Antonius Olgiatus Theologus eximius, qui me quoq; non indignum putauit, quem honore videndorum librorum dignaretur, & multò plura concederet, quàm à me peterentur.. Quid plura? Eſt etiam pretio non ingrato conductus qui puluerem à libris excutiat, pauimentumq; verrat.

His ad coronidem, & tanti operis apicem acceſſiit: Quòd cum ex Sacra Vrbis Romæ Congregatione in librorum Indice aliqui prohibeantur, qui ſi ab omnibus legerentur perniciosi nimis chriſtianæ religioni forent, & candidos animos offenderent. Idem Illuſtriſs. Cardinalis peruigilem intendens oculum ad euehendum eorum lectiones veluti ſtultitiæ

ſor-

Digitized by Google

ſordibus infectas, & improbitatis luto turbatas, qui niſi expurgarentur facilè eſſet, vt limpida aqua, quæ ex his fontibus profluit vitiaretur; In hoc laborat, & ſtudium ponit, vt à litteratis religioſiſq; viris, vitæ integritate & doctrina excellentibus, qui ſingulis diebus lunæ ad tam vtilem laborem in Archiepiſcopalibus ędibus conueniunt, vanà expurgentur volumina, vt poſtquam perfectè purgata fuerint & concinnata, ac diligenter examinata, omnibus legenda pateant, vtq; viciſſim ex eis ſua aptent, & quæ fugienda ſunt, tamquam ominoſa expungant. Res ſanè miris laudibus extollenda, nec aliquo tempore intermoritura, quia ad vtilitatem communem, ad decus Eccleſiaſticæ diſciplinæ redundant.

Hæc geſta ſunt in anno à Virgineo partu 1609. menſe Decembri aſſiſtentibus omnibus Magiſtratibus, Senatu ampliſſimo Iureconſultorum, ac Medicorum Collegij noſtri Corona, orante pro roſtris Illuſtri admodumq; R. D. Aloyſio Boſſio, Metropolitanæ Mediolanenſis Theologo, atq; Canonico Ordinario, audiente ſacro Paſtore noſtro. Progreſſus futurus eſt incredibilis, quia hoc in loco ingenia eruditorum non latebunt, cùm præmia certa eis ſint propoſita, per quæ homines excitentur: Nam vt inquit Poëta: Ipſe decor rectè facti ſi præmia deſint. Non mouet, & gratis pænitet eſſe probum. Nec facile inuenies

hies multis è millibus vnum, virtutem pretium, qui putet eſſe ſui. Hic Diuinus Heros ſopore ſemiſepultas Muſas è ſomno reuocauit, & recreauit, quas aliqui tamquam virus, & peſtem publicam vatiniano odio inſectabantur, cùm in Principum aulis non haberent qui eas exciperent. Quum (vt auctor eſt Iuuenalis) Deſertis Aganipes vallibus eſuriens migraret in Atria Clio.

Flagrarunt multi hac cupiditate refertas habendi BIBLIOTHECAS omni genere ſcientiarum, & mille volumina ſparſa congeſſere, vt inde immortalitatem nominis ſui aucuparentur: Ideoque illa ad oſtentationem, & gloriam propriam, non ad communem vtilitatem qualis hæc inſtructa eſt. In ea multa gentilitatis monumenta condebantur à Religione chriſtiana auerſa. In his omnia, quæ ei robur addunt, quæ pium lectorem non offendunt, nec ſcandalum ferunt. Superſtitiones damnant, aniles fabulas relegant, ſed tantùm quæ phiſica & conſtante ratione ſunt tuenda amplectuntur.

A' Priſcis commendatur numeroſa BIBLIOTHECA Triphonis, Tyramnionis, Sereni Sammonici Gordiani Imperatoris præceptoris, Alphonſi Aragonum, & Siciliæ Regis, Pariſienſes, Athenienſes Ludouici XI. Regis Franciæ, Ptolomei Ægyptij Regis, Io, Galeatij Vicecomitis, quam Papiæ extruxit,

Luculli,

Luculli, quorum ſunt plenæ hiſtoriæ apud Plutarcum, Philippum in ſupplemento Cronic. lib. vij. & xiiij. Budeum de aſſe. fe. Patrit. lib. de inſtit. Reipublicæ lib. xiij. Plin. lib. 35. cap. 2. Blondum lib. xiij. de Roma triumph. Polidor. de inuentione. Be. lib. 2. cap. 7. & in opuſculo de mirabilibus Vrbis Romæ 2. & 3. lib. Sabell. de Bibliotheca in Æneade 6. lib. 3. ſic inquiens. Sylla ex Aſia profectus triduo Piræum tenuit, Ibiq; eleuſinis initiatur ex Apelliconis Zeij Bibliotheca omnia Ariſtotelis, & Theofraſti ſi quæ erant volumina deprompta Romam deportauit, Tyranionis grammaticam autem maximum in numerum digeſſit. Nelei Scepſij cauſa, cui Theofraſtus ſuam Bibliotheceam legauit, quæ ad imperitos homines poſteà delapſa, quos nulla honoris aut laudis cura tetigit.

Marcus Antonius Ciceronis inimicus fertur Cleopatræ largitum fuiſſe ex Pergamo BIBLIOTHECAS in quibus Cen. mille librorum erant id teſtante Leonardo Aretino in eius vita.

BIBLIOTHECA etiam inſignis Hyeroſolimis ab Alexandro Epiſcopo fuit inſtituta, qui vnà cum Narciſo ex Diuino reſponſo Epiſcopalem adminiſtrauit Prouinciam, vt teſtatur Euſebius, inde ſibi argumentum, & materiam Eccleſiaſticam hiſtoriæ componendæ ſuppeditatam fuiſſe, teſte Nicephoro lib. 8

cap.

cap. 4. in fine. 74

Nec inter poſtremas habita eſt illa Frederici Feltrij Ducis Vrbini aucta à Guidone eius filio doctiſſimorum virorum præſidio.

Imperatoris Theodoſij virtutes in hoc quoque enituere, quòd in ſacris libris, & interpretibus congerendis adeò fuit ſtudioſus, vt in ea laude Ptolomeo non fuerit inferior, quos ipſe die nocteq; manu verſabat, multa; de ingenij ſui penore inuenta monumentis litterarum commendans.

Nicephorus fatetur ſe hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam texuiſſe Conſtantinopoli ad templum Sophiæ, vbi BIBLIOTHECA inſignis, & Monachorum Aſceterium fuit ſub capitulo pri.

Beatus Rhenanus Frederico Duci Saxoniæ Principi electori hæc ſcribit litteris digna aureis. At quantò melius eſt BIBLIOTHECAS optimis impletas libris, muſis dedicare, quibus nullum certius præſidium abigendæ procul inſcitiæ teterrimi illius mortalium hoſtis, & conqueritur magis deeſſe libros, quàm ingenia, & quando boni libri emerſere, retroceſſere lucifugæ ſophiſtarum phalanges, ſplendorem emergentis veritatis non valentes ſuſtinere.

Suetonius Tranquillius in vita Octauij Auguſti refert porticum Romæ extruiſſe cum BIBLIOTECA latina, & græca, quo loco

iam

Digitized by Google

iam ſeniori ſæpe Senatum etiam hab
curiaſq; Iudicum recognouit.

[f] Iulius Capitolinus in vita trium In
rum de Antonino Gordiano, ſic memo
ditũ teſtatur. Sereno Sammonico, qui p
ſibi amiciſſimus, ſibi autem præcepto
mis acceptus, & charus vſq; adeò v
libros Sereni Sammonici patris ſui qu
bantur ad ſexaginta, & duo millia G
iuniori, moriens ille relinqueret quod
Celum tulit, Siquidem tantæ Bibliot
pia, & ſplendore donatus in fauore
num litteratorum decore peruenit.

[e] Ammianus Marcellinus in lib 22. re
ſtarum inquit Septuaginta voluminu
Ptolomei Regis vigilijs intenſis compo
lo Alexandrino dum diripitur Ciuitas
ctatore Cæſare fertur conflagraſſe.

[f] BIBLIOTHECAE, quæ in lyceo
minit Cicero lib 2. Tuſculan. num.

[g] Paulus Iouius hiſtoricus lib. XIII.
cimus Ioannem Laſcarum miſit, qui p
ret cunctas Græciæ Bibliothecas impe
hoc regio diplomate, quæ liberè excut
bi apertæ, & permiſſæ ſunt beneficio
lis, qui licèt à Chriſtiana religione d
videretur, in pectore tamen eam co
retinuit, clam Seruatoris noſtri Cru
nerans, & in Laſcarum hoc ſingulare
cium ad nos redundaturum contulit.

M

Mutius Panſa ad vnguem recenſet in ſuo opuſculo Bibliothecæ Vaticanæ labores in hanc inſtruendam Pontificum, & aliorum, quæ iuſtum volumen conficerent. Quod ante eum enarrauerat Antonius Flauius Volpiſcus Siracuſeus in vita Diui Aureliani, vbi ſolemnem facit mentionem de Vulpia Bibliotheca, in hæc verba; Curabo autem vt ex Vulpia Bibliotheca, & libri lintei proferantur. Olim enim libri fiebant de lino ejuſmodi quidam Sibyllini fuere. Liuius lib. 4. ab Vrbe author eſt. Cicarellus de vita Pontificum ſcilicet Siſti Quinti.

Has omnes æquat BORROMAEIA noua librorum ſupellex, in qua paranda viciſſe mihi videtur Luculli induſtriam; de quo ſcriptum eſt, quòd inter memorabilia, quæ poſteris reliquit, Bibliothecam varijs libris refertam hæreditariam fecit, & hoc ei ad maiorem laudem, & gloriam datum eſt, quàm fugitiua bonorum poſſeſſio. Huius inſtituto adhæſit Illuſtriſ. & Reuerendiſ. FREDERICVS Cardinalis BOROMAEIVS Mediolanenſis Archiepiſcopus, qui ſtudioſo cuiq; facultatem eos legendi fecit, per quod in amœniſſimum quoddam Muſarum diuerſorium litterati ſecedant, & quæ aut didicere, aut quorum cognitionis ſunt exſpertes, cum Præfectis idoneis conferrent: & eos in centro ciuitatis collocari iuſſit, ne viæ difficultate quis

ab

ab eis adeundis deterreretur, & di
eſſet eorum vſus ad aëris temperiem
dam, & noxia quæque vitanda ad
quodam ordine ſalutaribus antidotis
detrimenti acciperent, proſpexit. E
etiam hoc præuidendum ne varijs
periculis libri tabeſcerent. Iubet eni
uius vt ad Orientem ſpectent, & ma
lumen reſpiciant. Nam qui merid
Occidentem verſus verguntur faciliù
cunt ex humidis ventis, qui hos vi
corrumpunt. Nec mihi mirum vide
tam ordinatim ſic diſpoſiti ſint; N
antea hæc incommoda aduerterat
mus ille vir, qui vberrimè quæ ad
Dei pertinent viam ante ſtrauerat,
fecerat. De quo inter acta Eccleſiæ
nenſis in Concilio prouinciali. 6. tit.
fidem tuendam pertinent. §. Bibliop

Eſt iucunda admodum, & ama
numeroſa librorum ſeries, & autho
menclatura, quorum animæ ſunt i
les quia ſcripta ferunt annos. Perr
in Vrbe, in qua ingenia in cultu h
Cùmque in reſponſis Iureconſultoru
in dies adhumanos vſus deſiderantu
plures occurrant res, quàm vocabu
gotia, quæ librorum varietas omne
tam dubitationem adimit, vt ſæpe
eorum abditum inuenias quod nun

genio tuo aſſequi, vel indefeſſo labore ſperaſti. Alius enim alio pręſtat in inueſtigando, in difiniendo ardua, & controuerſa explicando, legales nodos diſſoluendo. id quoq; nobis vſu venit, qui fragili ligno vaſtum ſulcauimus æquor. Hic enim apti etiam ſunt ad omnes miſerias, & rerum viciſſitudines dum quis ex alieno periculo fit cautus. Hæc librorum inſtrumenta tutiſſima ſunt ad perferendum, ad reſiſtendum, ad omnem calamitatum molem proſternendam.

Non inficior tamen quin illud ſit maximè cauendum ne te ſcientiarum multiplicitate, & diuerſitate oneres, cum per eam minor ſit ad ſingula ſenſus. non ſecus ac eius, cuius ſenſus in varias partes ſcinditur, & torquetur. Nam nullus eſt intellectus, idque comprobari facillimè poteſt ex vaſe habente anguſtum orificium, in quo ſi ſenſim inſtilles, retinetur, ſuperfluam autem humoris abundantiam reſpuit. Pari modo pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terras, ſubitus verò, & nimius imber præceps arua ſubuertit; Nam quod legitur, non coaleſcit, non digeritur, nec enim quod abſtractum eſt inhæret animo, ſic ciborum diuerſitas infeſta eſt humanis corporibus. Obſtitit Xerſi ad victoriam bellatorum infinitus numerus, aliaq; pleraq; incommoda ad rem affert Franciſcus Petrarca in ſuo Dialogo Remedij vtriuſq; for-

tunæ

tunæ in ordine 43. Tantum igitu
quis, quantum vires ſuæ patiuntur
nimis, & ante oculos ſuos verſetur
Bernardi ad fratres de morte Dom
tuita, & vaga lectio, & quaſi caſu
Non ædificat, ſed reddit animum in
& leuiter admiſſa leuiter ab animo
ſed certis ingenijs immorandum eſt
tur lege, vt fructus capias, ad quem
rem tuam hic pretioſus librorum a
paratus, & poſt D. O. M. huic qu
ſi non quas debes, gratias age, ne
gratitudinis, quę eſt ventus vrens,
fontem miſericordiæ, rorem pietati
gratiæ, ſubeas. Mediolani Die Diu
ni prothomartiris anni 1609.

MEDIOLANI,

Ex Officina Typografica in Palatio
Ducali per M. Tullium Malateſ

Superiorum Permiſſu.

33 950898